



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Conversatione Apostolica - A Curatoribus Animarum piè & fructuosè instituenda ; Complectens varios & solidos modos juvandi & consolandi diversorum Statuum Personas afflictas, præcipuè aegras & captivas ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Cap. V. De Captivorum Apostolica confortatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49274)

S. Jeremiae dicentis c. 11. *Tu autem Domine Sabaoth, quid dicas iuste, & probas renes & corda, & ideam ultionem tuam ex eis, tibi enim revelavi causam meam.* Profectò quò modo vindicari vult, à Domino inveniet vindictam, ut patiens Eccl. 28. c. ait: unde S. August. in Ps. 102. hortatur nos: *Ferto injurias, securus esto, faciet enim misericordia DEVS, & iudicium omnibus injuriam accipientibus.*

X. Præterea verò etiam in memoriam illi revocet, quò nulla re magis se vindicare ab inimico possit, quàm si non faciat injurias ejus; ita enim docet S. Hieronymus in Epistola ad Hebræos, dum ait: *Nihil ita confusam facit iniuriam agentis, sicut fortis & mitis patientia tolerantis, & non in opere, neque in lingua se vindicantis.*

XI. Suadeat illi, ut iustitiam Dei consideret, illi què vindictam committat, ut qui ipse Rom. 12. dicit: *Mihi vindictam, & ego retribuam.* Unde rectè S. Chrysostomus hoc ad Pop. *Cum nos ipsos, inquit, ulciscimur, DEVS non delinquit: cum autem ipsi concedimus & vindictam, plus quam committimus, effecimus.* Ita S. Ignatius expertus est, uti Ribadeneira l. 5. vit. c. 2. testatur, contra quem cum pater quidam impatiens animi abreptus acerbior extitisset, & S. Ignatius pro ipsius Missa magnam vim lacrymarum profundens dixisset: *Ignate Domine, parce Domine; respondit Dominus: Sine me, ego enim pro te vindictam sumam? ego, nisi resipiscat, ultorem sum.* Quod & factum, nam dum Pater ille in templo quodam Sanctorum reliquias intuebatur, inter ossa etiam hominis vultum vidit truci aspectu intentantem flagellum, nisi legitio pareret. Eo viso, quamquam ille timorem nonnihil præfessit, multis tamen, magnisque molestijs affectus est.

CAPUT V. DE CAPTIVORVM APOSTOLICA CONFORTATIONE.

DE Confortatione inscribitur hoc caput, quia, licet præsertim sint officia, quæ Operarium erga captivos præstare oportet, ipsa tamen confortatio meritò præcipuum, & velut proprius cæterorum æstimatur, uti ex ijs, quæ in toto hoc capite continentur, apparebit. Ut verò melius, faciliusque, quæ hoc prædicanda sunt, intelligantur, notandum est, duplicis generis esse

se captivos; nempe aliquos, qui ob leviora delicta captivi detinentur, ideoque merito spem liberationis concipere possunt; alios verò, qui ob capitalia crimina in carcerem sunt coniecti, ideoque spem redemptionis nullam habent, aut exiguam certè. De utrisque hoc capite agetur, ita tamen, ut prius ea explicentur, quæ ambobus communia sunt, & postea ea, quæ solis captivis posterioris generis, seu damnatis ad mortem propria sunt, subjungantur.

§. I.

Cur & quomodo Operarius Captivorum specialem curam suscipere debeat.

I. **T**Ria præcipuè sunt motiva, quæ merito non leviter impellere debent Operarium, ut singulari cum charitate ac fervore Captivorum curam suscipiat. Primum ipse DEUS offert, qui, cum Matt. 25. dixerit: *Quamdiu fecistis uni ex his Fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Et iterum ibidem: *In carcere eram, & venistis ad me:* haud dubiè magnum sibi quoque obsequium præstitum ab Operario censebit, si eo, quo par est, zelo Captivos visitabit, atque ad ærumnas fortiter & Christianè tolerandas suis adhortationibus confortabit. Quis autem, si Christum in carcere detentum videret, non summa cum alacritate visitaret, & omnia, quæ posset, quantumcunque dura & difficilia obsequia exhiberet?

II. Alterum motivum ex ipsorum Captivorum misero statu, seu ipsa captivitate desumitur; cum enim hi non modò ipsas carceris molestias & incommoda, puta fœtorem, duritiam, obscuritatem, & victus tenuitatem, omniumque delectationum carentiam, sed etiam libertatis ac famæ, quæ duo inter naturalia hominis talenta merito præcipua numerantur, privationem pati cogantur; & præterea, quia otiosi & solitarij plerumque esse coguntur, mille tentationibus & periculis sunt obnoxij, merito fido aliquo amico opus habere creduntur, qui in tanta necessitate ipsis solatio suo succurrat, pijsque consiliis & monitis à tot tantisque periculis eripiat, atque defendat, ne ut alibi dixi, ejusmodi Captivi causam habeant, querendi contra Operarium, ejusque charitatem imperfectam criminandi, ut, qui in minoribus necessitatibus tam promptè ac ferventer adsti-

adstiterit, in extrema verò miseria constitutis, opem, amicumque præstare neglexerit.

III. Tertium motivum ex ipsius Operarij mercede præmio, quod ob talem misericordiam charitatèmq; præstitam jure merito sperare potest, desumitur; cum enim Dominus Luc. 6. promiserit, quàm mensurà mensus misericordiam charitatem quis fuerit, eàdem remensum iri, imò mensuram bonam, confertam, coagitatam, & supereffluentem in datum iri omnibus illis, qui misericordiam erga alios liberaliter exercuerint, facile apparet, quàm grande præmium accepturus sit Operarius, qui tam præstantia charitatis & misericordiae obsequia Captivis exhibuerit; quàmque sperare queat, se quoque, ubi similem fortè in necessitate post vitam hanc mortalem in Purgatorio incidere, sine misericordiam ac solatium experturum.

IV. Porro ut hoc in genere muneri suo plenè atque perfecte satisfaciatur, quatuor potissimum officia Captivis præstanda existimabit; quorum primum est, ut ad captivitatis pœnam cum debito fructu, meritòque sustinendam præparatur. Alterum est, ut pax, utilisve occupationes, quibus a pernicioso otio, Diabolique insidiis sese defendant, illis præstentur. Tertium est, ut contra varias tentationes, quae tempore eisdem præcipuè infestare solent, potenter evitentur. Quartum est, ut, si fortè omnino ad mortis supplicium condemnentur, ad illud Christiana patientia atque constantia subeundum efficaciter disponantur. Quæ omnia, quàm solidè, magnòque suo & Captivi solatio, commodòque præstare queat, in sequentibus §§. demonstrabitur.

§. II.

Quomodo Captivi ad captivitatis pœnam fructuosè sustinendam præparandi sint.

I. **Q**uamprimum intellexerit Operarius, Captivum a se mancipatum esse, eundem primo quoque tempore visitare debeat, & ubi carcerem ingressus fuerit, humaniter & amice salutet, atque ad solatium illi afferendum se venisse significet. Aliqui etiam, quam ob causam in carcerem coniectus sit, tunc

terrogandum putant, sed quia hâc ratione ad delictum suum proprium commemorandum impelleretur, quod ob naturalem verecundiam, vel, si in iudicio de crimine nondum convictus, ob timorem revelationis non libenter faciet, ideo præstat ejusmodi causam ex ipso carceris Custode ante ingreßum investigare.

II. Post benevolentiam amica salutatione comparatam, poterit per varias quæstiunculas eundem paulatim ad officium suum præstandum præparare. Quare poterit inprimis querere, quomodo valeat? quamdiu jam detineatur in hoc carcere? an non tempus illi sat longum videatur? quomodo fallat, & transigat tempus? an noctu possit dormire? an interdum etiam quandoque somnum capere modicum consueverit? qui cibus & potus ipsi porrigatur? an nihil ei deest de rebus ad naturam, vitamque sustinendam necessariis? an non gravis admodum & molestus hic carcer sit? ex quibus quæstionibus & responsis datis si advertat, aliquid ipsi deesse, quod ipse Operarius illi vel propriis, vel aliunde comparatis sumptibus procurare possit, atque id se facturum promittat, enimverò non modicum comparatæ benevolentia augmentum adijciat.

III. Ubi ejusmodi quæstiones præmiserit, non erit ipsi difficile, occasionem captare, ad ipsam præparationem Captivi inchoandam, quæ quidem in tribus præcipuè capitibus generatim loquendo consistit. 1. Ut Justitiam & Providentiam DEI cum debita reverentia agnoscat, & veneretur. 2. Ut eadem Justitiæ se cum profunda demissione subijciat, atque adeo tam ipsam carceris pœnam, quam ea, quæ ipsam comitabuntur, vel sequentur, magna cum æquitate, animiq; resignatione, ac patientia excipiat. 3. Ut, quò majori cum DEI benedictione, proprioque merito pœnam hanc, & miseras carceris sustineat, sese in statu gratiæ per veram contritionem, aut, si delictum capitale non sit, etiam per confessionem constituere studeat; quæ quidem capita, ut tantò facilius, certiusque obtineat, sequentes industrias usurpare poterit.

III. Et primò quidem certò ipsi persuadeat, nihil in hoc mundo accidere, quod non à sapientissima DEI providentia ordinatum, aut permissum sit; uti jam pridem Spiritus Sanctus prædixit Eccl. 11. *Bona & mala, vita & mors, paupertas &*
honestas

honestas à Deo sunt. Et non est malum in civitate (immo
 in toto orbe) quod non fecit Dominus. Secundò pariter
 persuadere conetur, eundem Deum justissimum quoque
 nam ita Danielis 9. c. tres Pueri in fornace Babylonica
 stituti confitebantur dicentes: *Benedictus es, Domine
 Patrum nostrorū, & laudabile, & gloriosum nomen tuum
 sacula, qui justus es in omnibus, quae fecisti nobis, & unum
 operam tuam vera, & via tua recta, & omnia iudicia tua
 Quem in finem proderit exemplum S. Ephrem ex Alpha
 Christi f. 130. vel Viridario P. Raderi p. 1. Febr. 1. re
 re, qui, cum in carcerem propterea conjectus esset, quò
 um Prædonibus de nocte viam ad gregem ovium monst
 eaque de causa graviter ipse lamentaretur, & se ab ea
 immunem diceret, post quadraginta dies Angelus ei app
 meminisse iussit culpæ, quã ante duos menses contraxerat
 pauperculi hominis vaccam prægnantem tam diu lap
 exagitavit, donec vitulum per abortum enixa, mortua
 derit, & præterea ipsum etiam Pauperculum de Autho
 quirentem, contumeliosè à se verbis graviter fauciata
 misit. Sed & idem duobus Carceris sociis evenisse, ut qui
 dem homicidium & adulterium, ob cuius suspicionem in
 cerem fuerant conjecti, non admiserint, sed tamen alia de
 patrârint (dum scilicet alter videns duos inter se litigant
 unum eorum de ponte dejectum, & auxilium implorant
 cum potuisset, ab interitu non eripuit: alter verò falso
 mento testatus est, sororem duorum Fratrum adulter
 commisisse, sicque effecit, ut à communi hæreditate exc
 retur) ob quæ justo DEI iudicio in carcerem includi fuit
 missi. 3. Denique persuadeat, etiam benignissimum fuit
 optimum esse Deum; uti præclarè S. Basiliius hom. 8. ex
 indicavit, dum dixit: *Vnum in mentibus nostris præsumpt
 oportet, quòd nihil eorū, quæ nobis accidunt, malū sit, aut
 ut melius illo excogitare queamus.* Et id ipsum confirmat
 Damascen. omnia, inquit, quæ Dei providentiã fiunt, p
 rimè ac divinisimè fieri necesse est, atq; ita denique, ut
 ori modo existere prorsus nequeant. Ex quibus omnibus
 erit Captivo, Providentiam & Justitiam DEI agnoscat
 exclamare cum Regio Psalte Ps. 118. *Iustus es, Domine,**

Et a judicium tua. Tribulatio & angustia invenerunt me, mandata tua meditatio mea est.

IV. Porro ut non agnoscat duntaxat hanc justitiam, sed eidem etiam perfectissime subijciat sese, atque ad eam captivitatem, & omnes ei annexas miseras æquo ac patienti animo sustineat, doceat illum Operarius, tanti mali causam (uti & omnium aliorum) potissimum peccatum esse; uti enim è terra ascendit materia, ex qua tonitrua & fulmina homines percussione generantur: ita in cælos quoque homines materiam Iræ divinæ, scilicet peccata, mittunt. Unde S. Chrysostr. *auferamus, ait, malorum fontem, & omnia malorum sistens fluentia.* Hortetur ergo captivum, ut velut obediens filius agnoscat paternam charitatem, & carceris pœnam cum patientia & resignatione accipiat; sic enim & DEUM ad parcendum citius permovebit, & suam ipse pœnam levius tolerabit; nam, ut S. Gregorius lib. 10. mor. c. 5. ait: *Quasi aqua ignis extinguitur, cum surgente furore animi, sua cuique ad mentem culpa revocatur.* Et: *Dolor flagelli temperatur, cum culpa cognoscitur, quia tanto quisque ferramentum Medici patientius tolerat, quanto magis putridum esse conspicit, quod secat.* Certò facilis erit consolatio, ut idem Doctor ait, si inter flagella, quæ patimur, delicta, quæ fecimus, ad memoriam revocemus. Alloquatur quoque ipsum illis D. Pauli ad Hebr. 12. verbis: *Filii mei, noli negligere disciplinam Domini; neque fatigeris, dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem Filium, quem recipit.* Jubeat proinde ipsum cum S. Psalmista dicere. Pl. 12. *Ego in flagella paratus sum; & dolor meus in conspectu meo semper.* Aut cum pio Asceta l. 3. deimit. Christi. c. 52. *Quid dicam reus, & omni confusione plenus? non habeo os loquendi, nisi hoc tantum verbum: Peccavi, Domine, peccavi, miserere mei, ignosce mihi. Sine me paululum, ut plangam dolorè meum, antequam & adam ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine. Quid tam maxime à reo & misero Peccatore requiris, nisi ut conteratur, & humiliet se pro peccatis suis: in vera cõtritione, & cordis humilitatione nascitur spes veniæ, recõciliatur perturbata cõscientia, reparatur grata perditâ, tuetur homo à futura ira, & occurrunt sibi mutuò in osculo sancto DEVS, & pœnitens anima.*

V. Denique ut non audire debeat illam D. Pauli im-

Infrad. III.

M

pro-

preparationem Gal. 3. *Tanta passi estis sine causa?* id est
 fra, & sine ullo fructu, hortetur eum, ut se ante omnia in
 tu gratiæ constituat, vel per ipsam confessionem, vel con
 tritionem certè, quem in finem mox præire poterit forma
 contritionis recitando, aliòsque actus huc pertinentes
 endo, ut mox dicetur; vel ipsam confessionem, si sponte
 fieri voluerit, excipere, nisi fortè tempus aliquod illi ad
 preparationem concedendum videatur. Subinde hortetur
 bonam intentionem eliciat, quâ protestetur, se omnes
 vitatis molestias non tantùm pro satisfactione peccato
 suorum, sed etiam ex amore DEI libenter, fortitèrque
 nere velle, ita ut, etiam si suâ culpâ meritis eas non
 tamen ex hoc solo titulo, quòd DEVS sic permisisset, ap
 piam animo suscipere paratus foret; sic enim eas ipsas
 in Martyrij palmam conversurum, sicut olim S. Ludgerus
 teste Ribadeneira in ejus vit. 6. Junij, cum optasset pro
 justitia perinde, ut S. Agnes fecerat, mortem appetere, ante
 à Christo, ob hoc desiderium ipsam habituram in caelo
 nam S. Agnetis gloriæ similem, eò quòd DEVS coronat
 luntatem, ubi non invenit facultatem.

VI. Quia verò rarò ejusmodi Captivi sufficientes
 ut per seiplos possint tales actus & intentiones elicere,
 poterit Operarius ipse sequentem orationem, in qua
 actus ad hanc præparationem pertinentes succinctè
 nentur, aut aliam similem prælegere.

O justissime, & misericordissime DEUS, ego
 dignus Famulus tuus, & maximus Peccator, firmè
 mè credo, nihil sine tua voluntate ac providen
 nobis accidere; &, quidquid evenire permittis,
 summam tuam sapientiam & bonitatem ad tuam
 gloriam & nostram salutem ordinari. Agnosco
 inde hanc captivitatem pro singulari beneficio,
 que amplissimas pro eadem tibi gratias persolvo,
 optans ex animo, ut tam pro hoc, quàm pro innume
 ris aliis beneficiis æternùm gratum exhibere me
 leam.

O mitissime DEUS, confiteor humili & contrito corde, quòd te summum bonum meum super omnia dilectum sæpe, graviterque hæcenus offenderim, atque aded pœnam istam justissimè promeritus fuerim. Doleo proinde ex corde, quòd iram tuam justissimam peccatis meis provocârim, iterùmque summas ago gratias, quòd tam paternè me corripas, paratúsque sum, hanc pœnam à te mihi decretam cum summa patientia & obedientia sustinere, ut justitiæ tuæ satisfaciam, & omnia mea peccata condignè expiem.

Quia verò, O benignissime DEUS, nos ipse hortatus es, ut in tempore tribulationis ad te confugiamus, & auxilium petamus, ideo & ego afflictus Peccator ad te recurro, & cum dilecto Filio tuo humillimè precor: *Pater, si possibile est, transeat calix iste à me, verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat.* Si ergo, ô piissime Pater, ad honorem tuum & salutem meam expedire cognoveris, ut captivitatem hanc diutiùs patiar, fiat voluntas tua. Id unum rogo, ut, quoniam ex me nihil sum, & possum, efficacem tuam gratiam largiri digneris, quâ omne id, quòd de me disposueris, de manu tua promptissimè suscipere, & cum debita patientia ex purissimo tui amore sufferre queâ.

Ego quidem, ô dilectissime DEUS, omnem spem meam in infinita tua bonitate colloco, certòq; confido, te non passurum, ut ultra vires meas excrucier, sed in omni mea tribulatione fideliter adstiturum. Hâc certè fiduciâ animatus jam nunc omnes has afflictiones meas tibi in unione passionis Christi Filij tui, B. Virginis, & omnium Sanctorum ad tuam & eorundem Sanctorum tuorum gloriam humillimè offero,

180 *De Captivorum Confortatione Apostolica.*
fero, devotissiméque precor, ut eadē in debita
satisfactionem clementer suscipere, & sicut passus
Filij tui consortem me esse voluisti, ita & ego
quondam consortem efficere digneris. Per eum
Christum Dominum nostrum, Amen.

O Sanctissima Mater mea MARIA, O Sanctissima
Custos, O Sancte, cujus nomen indignus gero, O
Pauline, & Leonarde Captivorum misericordissimi
Patroni, O omnes Sancti, quotquot olim capti
propter DEUM extitistis, ceterique Patroni me
intercedite, quæso, pro me, gratiamque à DEO
obtinete, ut juxta exemplum vestrum captivitatem
meam, aliisque tribulationes cum debita patientia
charitate, quamdiu Deo visum fuerit, supportetis
tandē in æterna gloria vobis associari merear, Amen.

Fidelium animæ per misericordiam DEI recu-
pescant in pace, & pro me, aliisque Peccatoribus
intercedant.

§. III.

Quomodo utiliter occupandi sint Captivi.

I. Cū sapienter suaserit S. Hieronymus epist. 4. *Aliquid operis, ut te semper Diabolus inveniat occupatum*; nec minus veraciter dixerit Cassianus l. 1. c. 10. *infirmum*
hanc ab antiquis Ægypti Patribus sancitam esse sententiam
operantem hominem dæmone uno pulsari, otiosum vero
innumeris spiritibus impugnari; merito ex primarijs
regulis circa Captivum curis ea etiam esse debet, ut, quantum
personæ, locique circumstantias licuerit, utiliter semper
occupatum teneat, & hac ratione plurimis tentationibus
culisque eripiat. Triplicis autem potissimum generis
tentationes reperio, quæ ejusmodi Captivis præscribi possunt
eas videlicet ipsas, quas olim Angelus S. Antonio cre-
dendum concipienti ostenderit, dum interdum manibus
laborare, interdum orare, interdum legere, aut cibum

conspicuum est, quæ ipsæ etiam captivis commendari videntur posse.

II. Primò ergò, si fieri possit, ei laborem manuum commendet, maxime, si artem aliquam nòset, quæ nullo instrumentorum apparatu indigeret, & ex qua lucellum aliquod pro solatio, subsidiòque captare posset. Quòd si verò talem artem non nòrit, possit autem familiam Custodis carceris in rebus ad domesticum obsequium & victum pertinentibus, saltem vâ carceris clausurâ, juvare, utiliter omnino ei suadebitur, ut, si quidem personæ dignitas non obstet, ejusmodi laborem fallendi orij, & charitatis, humilitatisque exercendæ gratiâ interdum suscipiat. Quia tamen rarior ejusmodi occasio se apud Captivos offert, ideo

III. Secundò eidem, si legere didicerit, lectionem libri cujusdam spiritualis suadere poterit, & talis maximè, qui ipsum solatio afficere, atque ad patientiæ, constantiæque imitationem excitare possit. Quales esse exempli gratia possunt Vita Christi ab Adamo Walasser conscripta, Vitæ Sanctorum à Surio & aliis collectæ, Liber Genealogiæ Christi vel B. Virginis (germanicè *das Stammbuch*) Ars semper gaudendi ab Alphonso Antonio de Sarasa composita, Heliotropium, Gymnasium patientiæ, Æternitas, cœlum, aut Rogus damnatorum P. Hieremiæ Drexelij, Pædagogus Christianus in secunda præcipuè parte, Trostbrunn P. Georgij Vogleri, Hausapotec D. Georgij Pistorij, & similes. Ad eundem finem etiam servire possunt libri aliqui varias Sanctorum Martyrum effigies, eorumque Martyria repræsentantes; quales quidem libros expediret sumptibus Magistratus, vel certè privatarum quarundam personarum elemosynâ coemptos in publica custodia asservari, aut saltem ab ipso Operario domi suæ in hunc usum paratos haberi, & tantò libentiùs Captivis commodari, quanto majus illi ex tali lectione solatium, fructumque sperare meritò possunt.

IV. Quia verò multi omninò legere non sciunt, aut certè ob carceris obscuritatem non possunt, ideo tertia, eaque omnibus communis occupatio superest, ipsa scilicet oratio, quæ tantò efficacius Captivis commendari debet, quanto majorem habent causam, divinam sibi Clementiam propitiandi, auxiliùmque ad fortiter perferendas captivitatis calamitates

mitates implorandi. Porro etsi non ignorem, varios tamen & exercitia orandi à variis Authoribus præscribi, unum tamen in ijs usurpandis sequentes tres regulas observare cenſeo. 1. Ut certæ aliquæ preces, aliæque pietatis exercitia ad præſentem ſtatum magis accommodata eligantur, & quotidie ſingulari cum diligentia ac devotione perſolvantur. 2. Ut illæ preces præ alijs aſſumantur, & frequenter, quæ ab Eccleſia approbatæ, atque ab eadem conſervatæ ſunt, quales ſunt Oratio Dominica, Salutatio Angelica, Symbolum Apoſtolorum, aut Nicænum, aut S. Athanaſij, Pſalmodia Sacra, Antiphonæ B. Virginis, Cantica, Litaniæ, Corollæ precatoriæ &c. 3. Ut doceantur captivi, quâ ratione etiam ipſi mentem per jaculatorias & ſuſpiria elevare, & tum ſe adverſus diabolicas ſuggerentias, tum ad exemplum Davidis os ſuum aperire, & ſpiritus que ſolarij & confortationis attrahere poſſint. In quibus tamen omnibus ſuadendis magnopere cavere debet Operarius discretionis limites transgrediens plus æquo oneretur, & fastidium creans efficiat, ut anima ipſius ſaturari incipiat favum ſuaviſſimum ſpiritualium horum exercitiorum.

V. Cæterùm ut ſciat Operarius, quæ præcipuè exercitiorum pietatis ſuadere debeat, ego ſequentia potiſſimùm ſuadere cenſerem. 1. Ut, ubi manè evigilaverit, mox principium à devota oratione auſpicetur, & primarios tres virtutum effectus eliciat, gratitudinis ſcilicet pro nocturna custodia &que beneficijs: contritionis ob peccata tum illâ nocte commiſſa: & intentionis bonæ, quâ opera illius Deo ac SS. Patronis ſuis conſecret. Etsi verò praxis hæc huius precationis cuius ſit libera, hæc tamen, quæ ſæpe ſimplicioribus, & in oratione frequentanda minùs exercitijs hominibus accommodatiſſima, ideòque maximè commendanda videtur, ut ſcilicet, ubi è lecto surrexerint, pedibus flexis Crucem majorem forment, dicantque:

Benedictio DEI omnipotentis, Patris, & Filii Spiritus Sancti.

Benedictio Domini mei JESU CHRISTI, & ſanctiſſimæ Matris ejus, & S. Joſephi.

Benedictio SS. Patronorum meorum, Sanctorum hujus diei, & omnium Electorum suorum descendat super me, & maneat semper.

Postea verò, ubi vestes induerit, hæc suspiria subjungat supra dictos tres actus continentia.

Benedicta sit sacrosancta Trinitas, & omnes Cœlites, quibus summas ago gratias pro omnibus beneficiis hæc nocte, & aliàs exhibitis.

Benedicta sit Sacrosancta Trinitas, & omnes Cœlites, quorum amore doleo ex corde de omnibus peccatis hac nocte & aliàs commissis, firmissimèque statuo, deinceps ea diligentissimè cavere.

Benedicta sit Sacrosancta Trinitas, & omnes Cœlites, ad quorum honorem offero omnes cogitationes, verba, & opera hodie perficienda, ut defunctis profint ad requiem, mihi autem & viventibus ad gratiam ac vitam sempiternam, Amen.

Quòd si hæc suspiria (quæ non est necesse formalibus his verbis concipi) servare vel elicere non possit, saltem ter *Pater & Ave* ad eundem finem reciret. 2. His precibus peractis similiter valde *Litaniæ Omnium Sanctorum* jungerentur, ut desideratam propitiationis divinæ gratiam multiplicatis *Intercessoribus* tantò faciliùs, efficaciusque obtineat. Post quas *Litaniæ* lectioni spirituali, vel labori manuali vacare possit. 3. Et si *SS. Missæ* sacrificio adesse præsens corporaliter non possit, ut tamen eidem spiritualiter intersit, omnino suadendum est; unde docendus erit, quâ ratione audito ad *Missam* pulsu se gerere, & fructus tam copiosi ipse quoque participem se facere possit. Quem in finem libelli quidam *preparatorij* pro singulis *Missæ* partibus aptas orationes & affectus suggerentes non parùm servient. 4. Valde etiam consultum est, ut pro felici morte obtinenda singulis horis *Salutationem Angelicam* recitare assuescat, quibus non incongruè sequentem aspirationem subjungeret:

O Domine JESU CHRISTE, propitius esto mihi
maximo peccatori, nunc & in hora mortis mea,
da mihi patientiam in tribulatione mea, pro qua
pro omnibus beneficijs hâc horâ & per totam vitam
acceptis gratias tibi, quàm possum, maximas ago.

Aliqui suadent, ut ad refricandam sanctissimæ Passio-
Christi memoriam singulis horis mysteriũ illud, quod e-
rà peractum creditur, inseratur dicendo v. g. horâ quartâ
tutinâ: *Ave MARIA &c. IESVS pro me ter à pro
discipulo negatus, in cuius honorem & unionem op-
digneris omnia opera mea hâc horâ facienda: & tum
li modo ad alias horas aliud mysterium, inserendo v. g. pro
ra quinta IESVS pro nobis apud Pilatum falsò accusatus
sexta ad Herodem missus. Pro septima Barrabæ postpositus
Pro octava pro nobis flagellatus. Pro nona spinis coronatus
Pro decima ad mortem damnatus. Pro undecima crucem
julans. Pro duodecima crucifixus. Pro prima te Joannem
Joannem tibi commendans. Pro secunda felle & aceto pos-
tus. Pro tertia mortuus. Pro quarta de cruce depositus. Pro
quinta sepultus. Pro sexta discipulis pedes lavans. Pro septima
ma Sacrosanctum Corpus & Sanguinem discipulis distribu-
ens. Pro octava agoniam passus. Pro nona à Juda traditus
Pro decima à Judæis captus. Pro undecima à Discipulis
relictus. Pro duodecima ad Annam ductus. Pro prima apud
Caipham colaphizatus. Pro secunda durissima per noctem
perpeffus. Pro tertia vigilans & orans. Circa quas tamen
ras notant, non esse tam anxie curandum, ut suo quodque
mysterium tempore recolatur (id enim per noctem moraliter
xi vix possit) sed sufficere, si illâ horâ, quæ auditur, mysterium
illi conveniens recolatur, reliqua autem quæ omissa sunt,
omittenda prævidentur, simul eâ horâ, quæ proxima est om-
sis, cum mysterio tunc recolendo recolantur. Hunc, inquam,
modum aliqui non modicum solatium Captivis allatum
putant, eò quòd *nihil adeò durum sit*, teste S. Gregorio in Epistola
*quod non aquanimiter toleretur, si Christi Passio ad memorem
revocetur*. Verumtamen quia ob mysteriorum multitudinem
non tam facilè ab omnibus capi potest, non nisi cum magno*

con-

consideratione proponendus, & ut facilius capiatur, etiam scripto tradendus est. Post meridiem Litanias de SS. Patronis Captivorum non incommodè recitaret, eò quòd horum Sanctorum Patrocinium tantò ferventiùs implorandum videatur, quantò illi ex concepta erga captivos misericordia propiores sunt ad illis succurrendum. Sic autem se habent illæ Litanie.

KYrie eleison, Christe eleison,
KYrie eleison,

Christe audi nos, Christe exaudi nos.
Pater de cælis DEUS. Misere nobis.

Fili Redemptor Mundi DEUS.

Spiritus Sancte DEUS.

Sancta Trinitas unus DEUS.

JESU pro nobis à Judæis comprehense.
Misere nobis.

JESU vinculis constrictæ.

JESU in carcerem coniectæ.

JESU ad morrem damnate.

JESU ad montem Calvarie eductæ.

JESU pro nobis crucifixæ.

S. MARIA Consolatrix Captivorum.

Ora pro nobis.

Omnes SS. Angeli Captivorum Custodes.

Orate pro nobis.

S. Petre è carcere liberate. Ora pro nobis.

S. Paule in carceribus abundantiùs detente.

S. Pauline.

S. Leonarde.

S. Petre Nelasce.

S. Raymunde Nonnate.

Omnes Sancti, qui unquam in carcere fuistis.

Omnes Sancti ad mortem damnati.

Omnes Sancti Martyrio affecti.

Propitius esto. Parce nobis, Domine.

Propitius esto. Exaudi nos Domine.

Ab omni pusillanimitate. Libera nos Domine.

Ab omni impatientia.

Ab omni tristitia.

A morte perpetua.

Per captivitatem tuam.

Per accusationem tuam.

Per flagellationem tuam.

Per coronationem tuam.

Per damnationem tuam.

Per crucem & passionem tuam.

Per ignominiosam mortem tuam.

Per SS. Vulnera tua.

Peccatores. Te rogamus, audi nos.

Vt nobis parcas.

Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris.

Vt veram omnibus Captivis patientiam largiri digneris.

Vt omnes Captivos consolari & confortare digneris.

Vt omnes Captivos in libertatem asserere digneris.

Vt omnes Captivos à mortis sententia liberare digneris.

Vt omnes animas Defunctorum è Purgatorij carcere educere digneris.

Vt nos exaudire digneris.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi.

Parce nobis,

Exaudi nos, Domine.

Miserere nobis.

✠. Orate pro nobis Sancti Patroni.

✠. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Omnipotens sempiterne DEUS, qui sanctos

tronos nostros mirabili in Captivos charitate ac misericordia decorasti; te supplices exoramus, ut eorum meritis & precibus à vinculis & captivitate nostra liberati, liberis tibi mentibus servire valeamus. Per Christum Dominum, Amen.

6. Etiam Psalmi Poenitentiales ut quotidie à Captivis recitentur, summopere suadendum est, S. Augustini exemplo, qui sub extremi morbi tempus, quando in lecto suo captivus quasi tenebatur, eosdem grandioribus literis descriptos ad lecti parietes affigi jussit, ut eorum quotidiana recitatione tantò facilius divinam Justitiam sibi conciliaret, atque ad beatam mortem disponeret. 7. Corona quoque B. Virginis tantò religiosius & ferventiùs quotidie percurrenda est, quanto majorem ex hac recitatione consolationem, opemque sperare potest. 8. Antequam somnum capere velit, ejusdem Sanctissimæ Virginis Litanias Lauretanæ pro felici morte à fidelibus dici solitas & ipse devotè recitet, eique consuetam conscientie suæ discussionem subjungens, consuetis precibus sese ad somnum capiendum accingat.

VI. Atque hæc videlicet preces ordinariè recitandæ videntur; quibus tamen non obstantibus, poterunt Captivis aliis adhuc libelli precatorij (quales præcipuè esse possunt *Der Trostbrunn P. Vogleri, Paradisus animæ, Liber precatorius S. Gertrudis, Thesaurus Precum*) offerri, ex quibus pro libitu suo varias preces seligere, & pro solatio suo recitare queant.

VII. Quòd si verò Captivus legere non posset, tum firmandum illi erit, ut rosarij recitatione crebriore defectum hunc suppleat, cumque in finem integrum quotidie Psalterium in tres partes distinctum tribus diversis temporibus devotè recitet. Sed & alium Dominicæ Orationis & Salutationis Angelicæ numerum ad honorem SS. Vulnerum, SS. Patronorum, quatuordecim Auxiliatorum (nempe SS. Georgij, Viti, Blasij, Dionysij, Erasmi, Panthaleonis, Cyriaci, Christophori, Achatij, Eustachij, Ægidij, Catharinæ, Margarethæ, Barbaræ, quos proinde post nomen *MARIÆ* in salutatione Angelica nominare potest) aut septem Asylorum, quæ sunt SS. Trinitas, Christus in SS. Euchristia existens, Christus in cruce passus, beatissima Virgo, omnes Angelici Spiritus, omnes reliqui San-

cti,

Et, Animæ in Purgatorio detentæ (nam & hæc probabili
pro nobis orant) aut alios similes ob fines pro sua devotione
percurrendum sibi seligere poterit.

VIII. Denique pro jaculatoris tesserijs & suspirijs, quibus
interdum seipsum excitet, mentemque ad Deum elevet, in
quentes ei versiculi servire possunt.

Pater mi, si possibile est, transeat Calix iste à me
verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat.

Ego quidem justè hæc patior, Dominus autem
quid fecit.

Domine, ne memineris iniquitatum mearum
tiquarum, sed citò anticipent me misericordiarum tua

Adjuva nos DEUS salutaris noster, & propter glo
riam nominis tui libera nos, & propitius esto peccatis
nostris propter nomen tuum.

Miserere mei DEVS secundùm magnam misericor
diam tuam.

Fiat misericordia tua super nos, quemadmodum
speravimus in te.

Tribulatio & angustia invenerunt me, mandatum
tua meditatio mea est.

Sicut Domino placuit, ita factum est. Sit nomen
Domini benedictum.

Absit mihi gloria, nisi in cruce Domini mei
SU CHRISTI.

Domine, in flagella tua paratus sum, & dolor meus
us in conspectu tuo semper.

Mihi autem adhærere DEO bonum est, & ponere
in Domino DEO spem meam.

Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis,
& sciens sperantes in se.

Sub tuum præsidium confugimus, Sancta DEI Ge
nitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitate

rati bus nostris, sed à periculis cunãtis libera nos semper Virgo gloriosa & benedicta.

Miseremini mei, miseremini mei saltem vos Patroni mei, quia manus Domini tetigit me.

O S. Angele Custos, defende me tuo Patrocinio, ne succumbam in rigoroso iudicio.

§. IV.

Quomodo contra tentationes muniendi sint Captivi.

Duplicis generis tentationes occurrere possunt Captivis, quarum priores sunt ipsis cum agris & aliis afflictis communes (quales sunt tentationes contra fidem, diffidentiam & desperationis, timoris vitæ amittendæ, aut possessorum bonorum, sollicitudinis de Uxore & Liberis, impatientiæ, & metus Purgatorij, de quibus sequenti in capite fusiùs agetur) posteriores solis ipsis Captivis propriæ sunt, de quibus hoc loco breviter ostendetur, quâ ratione Operarius eosdem adversus eiusmodi tentationes muniere debeat.

II. Prima itaque tentatio ex solitudinis & inclusionis molestia oritur, quæ ipsi præcipuè gravis admodum accidit, qui majori priùs libertate, licentiâque sunt usi. Contra quam sic muniat. 1. Revocet illis in memoriam commune illud proverbium, quo dici solet: *Anima magis est, ubi amat, quam ubi animat*: hortetur proinde, ut in Paradisum caelestem mente se conferant, & sic carceris molestias non sentiant, prout olim SS. Martyres fecerant, de quibus dicebatur: *Cyus in nervo, animus in celo*. 2. Hortetur, ut in invocatione Sanctorum per varias preces, & lectione librorum spiritualium se instanter exercent; sic enim fore, ut cum veritate dicere possint: Nunquam minùs solus fui, quam cum solus fui. 3. Considerare eos jubeat, quàm multi Sancti, se ultro in angustas cellulas propter DEUM, & animæ salutem incluserint, totamque propemodum vitam ibidem transegerint. Quot etiam hodie nobilissimæ, divitissimæ, & tenerriam Virgines se ultro in perpetua claustra includi sinant, & pro summo DEI favore ac beneficio agnoscant. Dicat proin ad Captivos: *Potuerunt isti, & istæ, & vos non poteritis?* 4. Ostendat illis, quàm

quàm multorum bonorum causa hæc illis sit solitudo; con-
nempe, quæ multis Exercitia spiritualia ultro suscepta
sine summo animi solatio, fructuque attulerunt, aut scilicet
iplos agnoscere, sibi que displicere, ac Deo placere, cum
in gratiam redire, ac vitam suam deinceps emendare, sancti
instituire possint, ut adeò verè dixerit S. Romualdus: *O
Solitudo! O solabeatitudo!* & S. Hieronymus: *Mibi oppro-
bium est carcer, & solitudo Paradisus est.* Sed & S. Antonio vox ca-
delapla acclamavit: Si quiescere cupis, Antoni, vade ad in-
rius desertum. Cùm ergo DEVS aliquo modo ad bonum
ptivorum respiciens illa Osee c. 2. verba quodammodo
pârit: *Ducam eam* (se nunc nominari patet qui vis Cap-
vus) *in solitudinem, & loquar ad cor eius.* merito profu-
lari beneficio hanc solitudinem agnoscere debent.

III. Altera tentatio ex ipsius carceris pœdore, scilicet
vinculorum duritie, Custodum inhumanitate, Judicum im-
mentia, tormentorum crudelitate, aliisq; similibus mole-
carcerem comitantibus oritur. Contra quam sic munitur
Operarius. 1. Exemplum Christi, & Sanctorum millies
viora patientium eos considerare jubeat, illaq; sibi à pio-
thore in Christi Persona prolata verba L. 1. de imit. c. 19.
plicare: *Quid est, quod loqueris, Fili? Cessa conqueri, com-
rat à me à & aliorum Sanctorum passione. Nondum usque
sanguinem resististi. Parum est, quod tu pateris in com-
tione eorum, qui tam multa passi sunt. Oportet te igitur
rum graviora ad mentem reducere, ut levius feras tua
ma. Et si tibi minima non videntur, vide, ne hoc tua
impatientia.* 2. Exemplum aliorum sæcularium multo
graviora patientium maximè ægrorum, qui calculi, colicæ,
podagræ, dentium &c. doloribus vexantur, proponat.
modo se Thomas Morus, teste Sanderò p. 1. schil. Ang. ha-
batur, ut qui fingebat mundum hunc esse magnum carcerem
in quem omnes homines coniecti, unus post alterum ad mor-
tem educatur. Eundem ob finem poterunt etiam molestias
quidam carceres à Christianis tolerati illis depingi, ut
zum Catholicorum, qui in Vandalorum Arrianorum per-
cutione, præter alia tormenta mille quadringenti quingenti
ta tres numero in unum acervum compressi cogebantur
quo stabant, loco, natura necessitatibus servire, unde in

abilis factor exortus est, uti Victor Vticensis l. 2. persec. Vandal. scribit. Item P. Caroli Spinolæ & Sociorum, qui quatuor annis in carcere omnibus aëris injuriis exposito, & tam angusto, ut cuius non nisi spatium duorum palmorum & trientis concederetur, semi nudi, stantes, necessitati satisfaciētes, tanta patiebantur, ut P. Carolus scripserit, neminem illorum non malle vivum concremari, quam illum carcerem sustinere. Et tamen is ipse scripsit cuiusdam in hæc verba: O Pater, quam suave est pro JESU aliquid pati! id ab ipso in hunc carcerem ingressu luculenter & abunde sum expertus, Paradisum in carcere habeo. 3. Suadeat illis, ut S. Francisci Borgiæ exemplo præmittant duos Nuntios, scilicet cognitionem peccatorum suorum, & inferni, qui propter ea illis debebatur; sic enim certò futurum, ut carcerem optimè præparati hospitij loco habeant. Ita sanè S. Chrysostomus suasit: *Si terribile aliquid videris (aut passus fueris) cogita gebennam, & devidebis. De duobus malis, inquit Thomas Kemp. l. 3. c. 12. minus est semper eligendum; ut ergo aeterna supplicia futura possis evadere, mala presentia studeas pro DEO equanimiter tolerare.* 4. Meminisse jubeat, quid Apostolus Rom. 8. pronuntiavit, nimirum quod non sint condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, qua revelabitur in nobis. Hortetur ergo, ut solatio plenissimam Tertulliani apud Lyraum in apophth. S. Ign. sententiam sibi applicet: *O beati Servi Christi! O Christiani, membra vestra ligata sunt catenis, sed spiritus vester est liberrimus. Iacent corpora in carcere, in equalis, in tenebris, sed mentes vestras nihil potest perturbare. Hoc tantum agite, conscendite cogitationibus vestris in palam, considerate pulchritudinem & suavitatem caelestis gloriae, & agamini per pulcherrimas mansiones, quas Christus ait esse in caelis. Quoties eas spiritu deambulaveritis, toties in carcere non eritis; nihil crucis sentit in nervo, cuius animus est in calo.*

IV. Tertia tentatio ex infamiae, quam incurrisse se putant, gravitate oritur, tantòque gravius cruciat, quantò plurius plerumque fama ab eiusmodi hominibus prius amata & defensa fuit. Contra quam tamen sic eos munire poterit Operarius. 1. Christi iterum exemplum proponat, & considerare jubeat, quam exigua sit infamia eorum cum Christi infamia & contemptu comparata. 2. Innumerosum quoque martyrum

exemplum ob oculos ponere jubeat, qui omnes similes
 graviolem longè infamiam sunt passi, & tamen nullam
 tristiam conceperunt, memores sermonis à Christo Man-
 prolata: *Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & ma-
 rint omne malū adversum vos: Gaudete, & exultate, quia
 merces vestra copiosa est in calis.* 3. Ostendar eis, quomodo
 ipsorum in potestate, bonam æstimationem sui apud DEUM
 acquirere, ipsiusque amicos fieri, qui summus est honor
 esse proinde curandum, quid homines de ipsis sentiant
 potius ante oculos ponendum DEUM, qui illa Elcanæ
 nam uxorem prolata verba proferat: *Numquid ego
 tibi sum, quàm decem Filij:* aut potius omnes homines
 mē vel pessimē de te sentientes? 4. Insinuet illis, quod
 apud homines hanc infamiam facilè obliterare possit pe-
 tiorem vitam institutam; quid enim S. Mariæ Magdalene
 Augustino, S. Pelagiæ & similibus obfuit, aut etiam
 est, quod aliquando per gravia peccata publicam infamiam
 contraxerint? Certè major etiam apud homines ast ad-
 tio & æstimatio unius Peccatoris seriam pœnitentiam egis-
 tis, quàm mille aliorum, qui nunquam similem infamiam
 curerunt; sicut & magis æstimatur, & laudatur miles, qui
 fugam redit ad pugnam, atque insignem victoriam reperit,
 quàm qui nunquam fugit, sed nec egregium quodpiam
 nus in bello patavit. 5. Meminisse jubeat, quàm multo
 Comœdiis ad modicum tempus irrideri se, & pro stultis
 ri patiantur, ut diuturnam apud Spectatores gloriam, laudem
 que consequantur; quidni ergo & ipsi infamiam breviter
 pore duraturam libenter patiantur, ut tantò majorem
 per totam æternitatem gloriam, famamque apud DEUM
 universos Cœlites consequantur?

V. Quarta tentatio ex odio eorum, quos causam cap-
 tatis fuisse suspicantur, proficiscitur, contra quam sic
 eos Operarius poterit. Et 1. quidem exemplum iterum
 sti proponat, qui, etsi sciret, Judæos fuisse causam acerbi-
 suæ passionis, non modò tamen nullum erga eos odium
 cepit, sed potius Patrem pro ijs precatus est, dicens: *Patrem
 mitte illis, quia nesciunt, quid faciunt.* Luc. 23. 2. Ostendat
 illos instrumenta fuisse divinæ justitiæ & castigationis, ut
 adeò perinde ut Filij morigeri manum & virgas, quibus

duntur, osculari solent, omni veneratione & amore complectendos esse. 3. Et si malam illi habuissent intentionem, DEO tamen non deesse media, per infinitam Sapientiam & Potentiam malum hoc convertendi in bonum, ut adeo æquali jure ad illos cum Josepho Patriarcha c. 50. dicere possint: *Num DEI possumus resistere voluntati? Vos cogitastis de me malum, sed DEVS vertit illud in bonum.* 4. Demonstret, non esse nunc tempus irascendi & vindicandi sese, sed ignoscendi, ut, *quã mensurã mensi fuerint, eãdem remeriatur ipsis Deus;* quã ratione enim propediem coram supremo Judice comparituri favorabilem sententiam sperare poterunt, qui adeo se difficiles in remittendis Proximo minoribus culpis, imò omnino fortè nullis ostenderint?

VI. Quinta tandem tentatio oritur ex ipsius damnationis & supplicij extremi timore; contra quam sic eos munire poterit Operarius. 1. Ostendat illis, quã inutilis & imprudens sit hic timor; vel enim sequetur damnatio, quam timent, vel non sequetur; si non sequatur, frustra se cruciant timore illius mali, quod nunquam eveniet; si autem sequutura sit damnatio, tum saltem ante tempus imprudenter se affligunt illius imaginatione, sicque duplo gravius, diuturniusque sibi reddunt supplicium. 2. Ostendat, quã longè aliter Christus se gesserit, utpote qui timorem illum non prius admittere voluit, quã cum proximè jam imminabat damnatio, & tunc ad montem Oliveti confugit dicens: *Pater mi, si possibile est, transeat calix iste à me, Verum tamen non meã, sed tua voluntas fiat.* Hortetur ergo illos, ut & ipsi tam salubre hoc exemplum sequantur, & nunc se DEO penitus resignantes dicant cum Heli; *Dominus est, quod bonum est in oculis suis, hoc faciat.* Ubi verò propinquius periculum damnationis advertent, juxta exemplum Christi ad montem Oliveti, id est, misericordix divinæ confugiant, & supradictam cum ipso Christo orationem repetentes, simile cum ipso robur, solatiúmque expectent. 3. Persuadeat, Magistratum nihil decreturum, nisi quòd jam ab ipsa usque æternitate in divino, justissimòque cæli consistorio conclusum est, quæ proinde sententia cum ex una parte immutabilis, ex altera parte autem summa cum sapientia ac bonitate concepta sit, decet, ut summa cum reverentia, animique tranquillitate excipiat. 4. Firmissimè

194 *De Captivorum Confortatione Apostolica,*
iplos credere jubeat, Deum, qui fidelis est, & neminem reus
aut onerari supra vires patitur, ipsis perinde, ac olim SS. Ma-
ryribus adstaturū auxilio suo, effecturūmq; , ut magna cum
nimi æquitate, constantiāq; id omne, quod per Magistratū
ereturus est, sustinere possint, id quod ipsi haud dubiè in
bus, extremo supplicio affectis nō semel factū viderint, quod
minisse quoque ipsos jubeat, quodcunque supplicium decer-
dum sit, brevissimo tempore absolvi, atq; adeò æquissimo
& hilari animo tolerandū esse, si cum æterno & inexplicabili
supplicio comparetur, quod propter peccata sua in inferno
stinere debuissent, si Deus ipsos perinde, ut alios ejusmodi
catores, vel statim post peccatum ex hac vita avocasset, vel
statu peccati obduratos discedere permisisset. Certè si illi
nunc ob minora peccata in inferno cruciantur, hæc gratia
ret, ut in hanc vitā redire, suāq; delicta commeritis sup-
expiare possent, promptissimis, lætissimisque animis uterentur,
sa, quæ ullus unquam reus sustinisset, supplicia tolerarent.

§. X.

Quomodo ad extremum supplicium dispo-
nendi & animandi sint Captivi.

Quantopere coniti debeat Operarius, ut hoc in negotio
munus suum accuratè impleat, tam ex ijs, quæ sequenti
capite §. I. dicuntur, colligi potest; tum verò etiam ex
tet, quòd, cum ingens plerumque Populi multitudo ad
Reorum supplicia concurrat, tot Arbitros ac Testes suæ
officio peritiæ, charitatisque sit habiturus, quot Spectatores
& Auditores numeraverit. Porro cum aliqua sint, quæ
ca ejusmodi Reos ante sententiam mortis, aliqua post
aliqua demum post ipsam Rei mortem observanda sunt,
et illa majoris claritatis & ordinis gratiā sub distinctis
lis proponere, ita tamen, ut prius moneam Lectorem, cum
dem ferè sit Reorum ad extremum supplicium damnatorum
atque ægrorum in lecto morientium quoad dispositionem
animationem conditio, ideo pleraque, quæ sequenti capite
de ægro ad Confessionem, & S. Viaticum disponendo, & per
adhortationibus, suspiriisque excitando, atque ad ultimum
denique luctam animando dicuntur, etiam in hac occasione
circa Captivos cum debita proportione observanda esse.

ME

M E M B R U M I.

Quid ante sententiam fatalem sit observandum
Operario circa Captivos.

I. **A**Nte sententiam visendi erunt frequenter, cum plerumque variis tentationibus agitentur, & ex altera parte pluribus criminum vinculis impliciti, rudésque rerum piarum, & sæpe etiam obstinati sint. Proderit ergo prius totum statum Rei cognoscere, & tum ad seriam pœnitentiam disponere.

II. Curet, ut ob suum Zelum, aptas datas doctrinas, exempla vitæ habeatur à Reo in magno honore, ut tantò postea faciliùs ei se aperiat; si enim ignotus accedat, timendum est, ne minùs feliciter negotium succedat, & Confessarium talem Reus semper suspectum habeat.

III. Ante latam sententiam non expedit ejus audire Confessionem, ne timore supplicij peccatum reticeat, Horretur tamen interea ad recitationem Rosarij, aut aliarum precum; subministret pios libellos: suadeat præparationem ad confessionem generalem: doceat, quâ ratione se manè & vesperi DEO commendare debeat, quomodo saltem animo adesse divino Sacrificio, quâ ratione in voluntatem DEI se resignare, quomodo Animarum purgatorij meminisse, & consideratione vel cœlestium gaudiorum, vel infernorum cruciatum se solari possit.

IV. Non recipiat in se vitæ servandæ aut supplicij remittendi patrocinium, quia sic Reum non posset tam commodè disponere ad seriam pœnitentiam, accuratamque confessionem; semper enim Reus haberet spem vitæ à Confessario obtinendæ; quod si hac spe cadat, abalienaretur ab eodem, utpote qui causam suam non bene egerit. Poterit tamen in genere promittere, se nihil omissurum, quod in illius commodum cedere possit; quia tamen Justitiæ cursus suus relinquendus, & Magistratus tum propter obligationem, quam habet, scelera puniendi; tum propter maturam considerationem, quam in hujusmodi causis adhibet, non faciliè mutat sententiam, ideo suadere se dicat, ut in divinam voluntatem se penitus resignet, &, quò prævisa tela minùs feriant, ad
N 2
quam-

quameunque sententiam de manu Judicis non aliter atque manu ipsius DEI accipiendam se præparet.

V. Adhortetur illum sedulo, ut hoc tempore à DEO subsidium animæ concessio utatur serio, sæpius eliciat contritionis (quem in finem, si rudis sit reus, proderit ceptis verbis præire, aut quærere ex ipso, num doleat de catis, eò quòd DEVM velut summum bonum super omnia se dilectum tam graviter offenderit) imitètur SS. patres, ut Latronem in cruce; S. Mariam Magdalenam quorum historias proderit recensere: suadeat in superbia, commoda, quæ justitia injungit, DEO offerat pro peccatis suis, Christi doloribus uniat, pro animabus purgantibus suas, aut certè pro proprijs peccatis offerat.

MEMBRUM II.

Quid post latam sententiam sit observandum.

I. Cùm hoc in articulo versetur cardo salutis, Opus est DEVM sibi & DEO placare, omni, quo potest, studio studeat, orationibus, pœnitentijs, & subsidio spirituali, ut etiam expetito.

II. Ante omnia disponat Reum ad sententiam, quæquo animo suscipiendam; ipse verò Reo non significari sententiam, sed per Ministros justitiæ significari curet, et ubi ubi eam intellexerit, tum primùm conetur eum per se argumentis ad patientiam & resignationem excitare, tum quæ argumenta primarium jure merito locum habent, ut si patientis exemplum, quod proinde assiduò ipsi oblatum ponendum est, perque illud omnes tentationes, quæ, in genere, sive causa, sive aliis circumstantiis mortis decurrunt, oriuntur, solvendæ. Proximum ab hoc locum habet Exemplum, maximè eorum, qui simili genere mortis decurrunt, aut qui imbecillitatem sexûs fortitudine sua superant, horum ergo velut agmen obijciendum est Rei animo, ut sciat, quæ illa S. Augustino olim facta admonitio adijcienda fuerunt isti & istæ, & tu non poteris? Vehementer etiam leniendum Rei dolorem prodest, si singularis DEI erga ipsos bonitas clarè demonstratur, quæ ei gratiam fecit, quam

ritius Imperator olim pro speciali beneficio habuit (dum scilicet illi optio facta est, commissum scelus in hac aut altera vita luendi) & multis millibus hominum sceleratorum Deus non concessit, utpote quos misera & improvisa morte in sceleribus obire permisit. Hortetur ergo, ut pro tanto favore non tam verbis, quam ipso opere gratum sese exhibere conetur reus, atque ad mortem fortiter subeundam tanto accuratius se disponere studeat, quanto plura & efficaciora ipsi media DEVS ad hunc finem concessit, puta plenum rationis usum, carentiam dolorum corporis, presentiam & adhortationem continuam Sacerdotis, presentiam horæ mortis, agonis brevitatem, & similia, quæ proin paulò clariùs ei explicanda sunt. Tandem plurimùm conducet, bene explicare, quàm terribilem sententiam, coram quanta multitudine audire, quàm gravia, eaque æterna tormenta sustinere debeant damnari, quæ & ipse promeritus quidem fuisset, sed nunc in mitiqrem mutata sunt pœnam. Fortiter ergo sustineat illam, gratiasque DEO agat, quòd tam clementer cum illo procedat; exclamet proin cum S. Augustino: *Domine hic ure, hic seca, modo parcas in aeternum.* Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad damnatorum pœnam, quæ revelata est nobis.

III. Ante omnia Confessionis & Eucharistiæ Sacramenta ritè suscipienda erunt. Pro Confessione autem hæc notanda sunt ex Laymanno lib. 8. tract. 6. c. 5. Primum. Secundum probabiliorem sententiam reum non esse obligatum ad manifestandum crimen morte vel mutilatione dignum, si intelligat, illud planè probari non posse. Secundum, post latam à Judice sententiam desinere in reo obligationem confitendi criminis, quod ante, quamvis injustè, negarat, quia finito judicio finitur etiam obligatio Rei. Tertium est, Reum ad vitanda gravia tormenta posse sine peccato crimen capitale sibi imponere, quia vita non est digna, ut tanto dolore servari debeat; imò posse etiam jurare æquivocando, docent teste Diana p. 3. tr. 5. ref. 7. communiter Doctores cum Navar. hinc absolvi potest. Quartum, si notetur eum in tortura, vel aliàs detulisse innocentem, obligari ipsum debere ad restitutionem famæ, maximè si innocentibus delatis impenderet periculum vitæ. Quintum est, ipsam mortem

tem Reo in pœnam scelerum commissorum solere imponi unde levis ipsi pœnitentiâ Confessario imponi potest. Idcirco est, enitendum esse Sacerdoti, ut, si reus odium aliquod in Judicem aut partem adversam, aut testem habeat, idcirco ex animo eiusdem evellere studeat.

IV. Si Confessarius satis manifestè intelligat, damnum esse innocentem, ordinariè tacere debet, nec monere eum ob tres causas. Prima est, quia communiter monetur, cum Judex secundum allegata procedat. Secunda est, si innotescat semel, tali modo reum esse liberatum, ut non mendum erit, ne alij sacrilegè crimen in confessione ob similem spem mortis evadendâ. Tertia est, quia Confessarius Reorum Confessiones audiens dicat, hunc vel illum esse innocentem, de reliquis verò taceat, Judex colliget, talem esse reos, & crimen esse confessos.

V. Reo per Confessionem expiato, & SS. Corpore Domini refecto præter Confessarium, & ejus socium non expulsum plures cum eo conversari; ipsi verò de nulla re alia loquantur, nisi quæ ad salutem pertinet, omnem sermonem de peccatis, parentibus &c. præscindentes.

VI. Ultra duas horas colloquium non protrahatur, quies utrique detur ad respirandum; consulendum tamen in re ipsius Rei voluntati & necessitati, qui, si exoptet tale colloquium produci, parendum erit. Ut verò fastidium evitetur, proderit cum eodem nunc de rebus pijs loqui, nunc recitare Rosarium, aut Litanias, aut alias preces; nunc famulari admonere, ut quiescat, se interim dicturum horas suis orationibus fore ejusdem memorem; nunc reo quasi simulato, cum adstantibus de rebus sacris loqui, recessibus accommodatas temporibus historias, maximè de aliquibus generosa morte defunctis.

VII. Ultima nocte imminente admonet Reum, ut non dormiat, ne timor mortis imminentis hominem nimis debilitet, & indispositum reddat dici sequentes necessarijs attentionibus, & imparem doloribus exantlandis. Expedit autem dormienti adesse quendam, qui, si necesse sit, consolari possit, quia tunc magis crescunt tentationes & desolationes.

MEMBRUM III.

Quid circa ipsam productionem & supplicium
Rei sit observandum.

I. Illufcente fatali die prima fit cura Sacerdoti, ut formato S. Crucis Signo, & invocato in vota DEO, eidem dies illa offeratur intentione optima; uniatu diei, quo Chriftus paf- sus est; imploretur auxilium Sanctorum, præfertim Patrono- rum, & illius, cujus nomen gerit Reus. Detur opera, ut con- fiteatur iterum, lucretur indulgentias, conformetur voluntas cum divina, & alia exerceantur pietatis opera, usque dum carcere educatur: solatio erit magno, si indicetur pro ejus fe- lici morte jam litatum DEO, pro anima verò denuò litan- dum. Spondeat quoque Sacerdos, se rogaturum plures, maxi- mè verò Spectatores post supplicium sumptum, ut pro eo preces & forè etiam indulgentias aliquas (maximè men- struæ Communionis, ubi earum facultas est) offerre di- gnentur.

II. Caveat, ne quidquam ad festinandam mortem pro- ferat; imò interrogatus à satellitibus vel alijs, an omnia sint absoluta? respondeat, sui muneris esse, cum reo de animæ salute agere, reliqua sui fori aut judicij non esse. Secundùm Vasquez tamen irregularitatem homicidij publici non incur- runt personæ privatae, sed tantum ministri Justitiæ.

III. Curet, ut cum educitur reus, ejusque scelera publi- cantur; item cum ducitur ad locum supplicij, atque ad eum pervenitur, semper habeat preces commodas, quales peti pos- sunt ex Trostbrunn P. Vogleri & alijs, quamvis valde suase- rim, ut orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam cum Symbolo Apostolorum frequenter recitando præeat, & subinde convenientes actus variarum virtutum immisceat. Sæpe etiam SS. Passionis mentionem faciat, atque in memo- riam revocet, quomodo Chriftus raptus fuerit ad tribunalia, eductus, crucifixus &c. suasque actiones uniat illius actio- nibus.

IV. Cum fertur sententia decretoria, hortetur Reum, ut eam cum humilitate & resignatione magna de justissima DEI manu accipiat, rogétque DEUM ardentibus suspirijs & verbis
N 4 ferven-

ferventibus, ut intuitu hujus feralis sententiæ dignetur eam sententia mortis aeternæ liberare.

V. Cùm reus ad mortem pergat, summopere curanda est, ne oculis huc illuc vagetur, obvios salutet, aut alloquitur, maxime amicos aut consanguineos, sed totis viribus unam animæ salutem incumbat. Si transeundum sit per templum vel crucem, juvabit Christum vel sacram ad declinato capite, aut forsitan etiam flexo poplite venerabilem opem gratiæ divinæ exposcere.

VI. Proderit in tam funesto itinere orare contra quod ut fiat suavius, nunc è libello preces recitentur, in memoria, prout affectus dictaverit, actus virtutum elicantur præsertim contritionis, fidei, spei, resignationis, invocantur &c. Sæpe tamen clamare non expedit, quia non raro turbatur animus rei & quodam horrore percellunt vocationes hujusmodi. Curet, ut manibus teneat crucem, circumligatum sit rosarium, si quidem manus post tergum non revinctæ, tum enim ipse crucem ferat, & sæpius offerat & sculandam.

VII. Cùm in conspectum loci fatalis venerit, conetur adimere horrorem, vel minuere certè. Proderit exemplum S. Andree in memoriam revocare, & explicare, quo ante Christum montem Calvariæ ascenderit. Juvabit etiam quædam reperere voces illas: *Fiat Voluntas tua, sic in celo & in terra: Domine non quod ego volo, sed quod tu voluisti, hic ure, hic seca; modo parceas in aeternum. Etiam si ciderit me, in eo sperabo.*

VIII. In ipso loco denuò & magno cum affectu interroget, num animum aliquid cruciet, vel remordeat contritionem? num iterum confiteri velit? an alia quapiam repugnantia impugnetur? adhortetur exquisitis verbis ad luctationem, in quâ si victor evadat, triumphaturus sit in aeternum. Num querat, num omnibus ignoverit? ingeminentur contritionis, resignationis, virtutum Theologicarum, suscipiatur osculum crucis, & ejusdem ad pectus amorosa applicetur.

IX. Ut majori cum alacritate vel ictum, vel lapsum recipiat, rursus polliceatur Operarius, se illius post mortem memorem futurum; nec unquam desistat à cohortatione ad patientiam. Curet, ut sæpe ingeminet SS. Spiritus

na JESUS, MARIA. Et, In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.

X. Si fur ad suspendium damnatus, dum scalas ascendit, cupiat confiteri, censet doctus quidam Theologus, Sacerdotem vel petere posse à Judice, ut eum rursus demittat, quia Confessarius respectu animæ in reum jus habet fori interni: vel si nullus alius adlit modus, eminus eum absolvere posse propter datum signum confessionis.

XI. Quod si Reus omnino nunquam confiteri vellet, idem Doctor censet, ipsum posse invitum, & non confessum plecti, cum ex malitia & non tantum ex fragilitate in tale periculum se conjiciat. Tentanda tamen prius sunt omnia cum tali obstinato, & 1. Hortandus etiam flexis genibus, si opus erit ad curam animæ. 2. Recensendæ tragicæ historiæ impœnitentium, Inferorum pœnæ. 3. Irato vultu discessus simulandus. 4. Alius Reus admonendus, ut illi meliora suadeat consilia. 5. Redeat Operarius, & excuset factum; ostendat spem sanioris mentis & consilij, paratum se sanguinem pro ipsius salute fundere, si fieri possit, & DEVS velit. Si nihil hæc proficiant, cum adstantibus pro eo orandum erit, & reus monendus, ut idem faciat. 7. Si neque his aliquid proficiat, non desistat, sed in ipso etiam fatali loco eum suæ salutis admoneat.

M E M B R U M I V.

Quid post mortem Rei sit observandum.

Postquam Reum vitâ excessisse judicaverit, hortetur circumstantes Spectatores, ut animam defuncti Deo secum commendent, ut, si quid expiandum adhuc illi de peccatis restiterit, id per infinitam suam misericordiam & passionē ac merita Filij sui, ac Domini nostri JESV Christi condonare dignetur. Quod quidem hoc vel simili modo præstare poterit: *Per dilecti Spectatores, spectâstis agonem & luctam ultimam dilectissimi in Christo Fratris nostri N. cujus animâ, etsi ob mortem tã piè & Christianè obitam merito speremus, ab Angelis in celos fuisse deportatam, quia tamè occulta nobis sunt admiranda Dei judicia, ideo, ut si quid fortè eidè adhuc in altera Vita expiandū restabit, id per infinitam Dei misericordiam, meritâq; copiosissima Christi Filij ejus, & omnium Electorum suorum*

suorum relaxetur, omnes illius nomine obsecro & obsecro
mecum animam illius omnipotenti Deo commendetur, &
melorationem Dominicam, & Salutationem Angelicam
citetis. Quibus dictis genuflectens dicere poterit clara
preces ex præscripto Ritualis Romani post egressum animi
dicendas, & circa finem sequentis capitis ponendas, vel
etiam cum Spectatoribus occultè Orationem Dominicam
Salutationem Angelicam dicere, eaque finitâ clarè pro
tari poterit sequentia verba: *Requiem aeternam dona ei,
mine, & lux perpetua luceat ei.*

II. Postquã ab oratione surrexerit, valde expedire vide
ut, quandoquidem tũ animi Spectatorum ob supplicii con
cti horrore bene admodum dispositi creduntur, brevem ad
exhortatiunculam instituat, quã eosdem univèrsim ad tim
Dei ob tam amatos peccatorum fructus, speciatim verò Pa
tes ad bonam Filiorum educationem, liberos verò ad obe
entiam parentibus, & cultũ Numini præstandum exhor
Id quod hãc vel simili ratione præstari posset: *Per dilectis
datores, exhibuistis opus Christiana pietatis, pro quo defuncti
namine debitas vobis gratias persolvo, rogoq; ut etiam de
ceps eundem in precibus vestris commendatum habere mi
mittatis. De reliquo, quoniã ad hoc triste spectaculum vos
curiositatis duntaxat gratiã, sed fructus etiã spiritualis
piendi causã confluisse credo, omnes vos in Domino adhor
ut, quam olim Philosophus quidam sapientissimus Regi cui
suggererat, doctrinam atq; sententiã, hanc vos hodie ad
rissimo fratre vestro modo p̄se in Domino defuncto vobis com
datam credatis, nimirum nihil incipe, priusquam exitum
sideres. O si dilectus frater noster, dum scelus, propter quod
do supplicio extremo affectus est, patravit, hunc tam amato
illius exitum prius considerasset, profectò nunquã ad tam
tale facinus manus suas extendisset. Vos ergo, dilecti, ali
damno, & exemplo respiscite; & discite, quòd, ut Deus
Prophetam Ieremiam verissimè dixit, malum & amarum
fuerit, reliquisse Dominum Deum suũ, & non fuisse timor
ejus apud ipsũ. In omnibus ergo operibus vestris memoramini
novissima vestra, & in aeternum non peccabitis. Aliàs si
ob malam educationem, vel societatem, vel consuetudinẽ
malam reus ad scelus tantum perpetrandum inductus est.*

quod ex ipso facillè per colloquia ante mortem instituta intelligere licebit) poterit ex hac ipsa causa occasionem fructuosæ exhortationis desumere & imprimis breviter narrare historiolam de filio, qui, cum per scalas ad furcam ascenderet, Patrem ad se, quasi ultimùm valedicturus, & secretum aliquod manifestaturus vocavit, & accedenti aurem dentibus abscidit: eò quòd per ipsius indulgentiam, huc esset adductus. Inferat proinde Operarius, idem facturum fuisse nunc defunctum, si socios aut parentes præsentés habuisset. Hortetur proinde Parentes, ut correptione liberorum invigilent; liberos, ut correptionem paternam recipiant, omnes verò, ut malam societatem & consuetudinem fugiant, ne in similes culpas, infamiàmque ac supplicia incidant.

III. Denique, ubi domum regressus fuerit, imprimis debitas Deo, Cœlitibusque gratias pro felici successu tam difficilis functionis persolvat; subinde super actiones suas omnes cum captivo suo susceptas se reflectat, ut, si quid minùs dextrè à se peractum, vel certè minùs prosperè cessisse adverterit, deinceps in simili casu emendare queat. Quòd si verò aliunde cognoverit, aliquos in illo loco, in quo degit, sanguine vel cognatione reo conjunctos habitare, magnæ charitatis opus præstabit, si eos invisere, solari, &, quàm Christianè ac piè cognatus obierit, significare dignabitur, simulque admonbit, ut animæ illius in precibus suis sapiùs meminerint, facràque legi curent, & alijs Christianæ charitatis operibus juvent.

CAPUT VI.

DE APOSTOLICA ÆGRORVM ET MORIBUNDORVM VISITATIONE.

M Odum cum his agendi varij tradunt Authores, præcipuè P. Joannes Polancus in Methodo moribundos adjuvandi; P. Georgius Voglerius in libro suo, quem *Trost-Brunn* seu Fontem consolationum inscripsit: P. Georgius Mentzius de arte patiendi & compatiendi: P. Philippus Servius in *Amico Fideli*, sive modo juvandi moribundos. R. D. Georgius Pistorius in libello, quem spiritualem Apothecam seu *die Geistliche Hauff-Apotecken* vocavit, & plures alij, ex quibus tamen ea duntaxat, quæ magis ad praxin quotidianam accommodata vi-

ta vi-